



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

19. An sit licitum aspicere coitum bestiarum, seu verenda turpiter commota? Et quid de coitu, & verendis aliorum? Et an sit mortale ex proposito, & sine necessitate aspicere personam alterius sexus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

dub. 7. num. 144. quibus ego addo Villalobos in summ. tom. 2. tract. 40. Sancium in selectis, disp. 21. num. 35. Sanchez in summ. tom. 1. c. 1. n. 17. & alios penes ipsos, & nos infra.

Infra in Ref. 1. not. prae. rific.

RESOL. XVII.

An sit peccatum mortale desiderare pollutionem in somnis, aut de illa sic habita gaudere ob aliquem bonum finem? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 88. alias 87.

Sup. hoc in ref. prae. rific. & in t. 1. tr. 7. Resol. 700. §. Nota etiam peccatum.

§. 1. **A**ffirmative respondet Sotus in 2. diff. 12. q. 1. art. 7. Medina in p. 2. q. 74. art. 6. Azorius p. 3. lib. 3. cap. 24. q. 3. Ledesma in 1. art. 4. q. 21. art. 7. dub. 6. Zumel in p. 2. quest. 74. art. 8. disput. 4. dub. 4. Rodriguez in summ. tom. 1. cap. 211. num. 3. & nouissime doctus Franciscus Syluius in 1. 2. D. Thomae, quest. 154. art. 5. concl. 5. quia pollutio ex se, & ex obiecto, & natura sua est mala; ergo sicut propter valetudinem, vel aliam rationem non licet desiderare vt fornicatio tibi eueniat in somnis, neque etiam licet desiderare pollutionem. Probo consequentiam, nam quod est per se, siue ex obiecto malum, non potest voluntarie desiderari propter quemcumque bonum finem, quia consensus in tale malum, non potest esse malus; alioquin liceret desiderare adulterium, homicidium, & huiusmodi propter aliquem bonum finem, vt ea tibi dormienti acciderent.

2. Sed his non obstantibus contrariam sententiam probabiliorum esse puto, quam tuerentur 22. Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez in summ. tom. 1. lib. 1. c. 2. n. 18. quibus ego addo Sancium in selectis, disp. 21. n. 45. Tannerum in p. 2. D. Thomae, disp. 4. qu. 8. dub. 7. n. 145. Villalobos in summ. tom. 2. tr. 40. diff. 16. num. 144. Filliucium tom. 2. tr. 30. c. 8. n. 10. Reginaldum tom. 2. lib. 2. c. 3. n. 41. Ioan. de la Cruz in direct. conscientia, part. 1. prae. 6. art. 8. dub. 10. concl. 2. Layman in Theol. moral. lib. 3. sect. 4. 17. Granada in part. 2. D. Thomae, contr. 6. tr. 4. disp. 6. n. 6. & Fernandez in exam. Theol. moral. part. 4. c. 1. §. 4. n. 3. Et ratio est, quia talis pollutio sola via naturali consequens, non est ex se peccatum mortale, nec habet malitiam obiectiuam mortalem; sed eam habet certo solum modo (via scilicet naturali causata,) quo circa a ratione contraria mortale esset desiderare, vt praeter naturam ab alio quamuis amante, vt sibi etiam dormienti pollutio prorumperet. Deinde non infrequens est quod ob honestum finem liceat desiderare effectum aliquem per causas naturales euenire, & de eueniente gaudere, quem tamen efficaciter intendere, aut procurare numquam liceret; & ideo si legitimus Rex cum multorum ruina Rempublicam administrat, licitum est boni communis causa optare simplici affectu, vt moriatur, aut eo mortuo gaudere; cum tamen mortem ipsi procurare non liceat. Ergo, &c.

RESOL. XVIII.

Olim per litteras à quodam Sacerdote interrogatus fui de opinionibus Doctorum circa praesentes casus. Primo, an peccaret mortaliter, si quis conficeret membra bruorum sine ulla delectatione, sed solum ex curiositate inspicendi semen?

Secundo, an si coniugatus immitteret membrum virile in os faminae, peccaret mortaliter?

Tertio si absente coniuge, &c. Sed hos duos ultimos casus nunc inuenies in tom. 2. tr. 6. de Matrimonio in Ref. 188. & primus casus hic tantum ascribitur: Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 37.

§. 1. **O**bscena sunt haec fatore, sed confessari de ea omnia munda mundis. Dico ergo ad primum casum quod Bonac. de matr. qu. 4. punct. 9. n. 15. & Ioan. Sales in p. 2. tom. 2. tr. 13. disp. 6. sect. 20. n. 148. responderunt negatiue, propter magnum periculum pollutionis, vel inordinati alicuius affectus, & frustra conatur ille, vt sic brutum semen expellat, naturale enim est in solo coitu semen effundere. At Thom. Sanchez de matr. 4. tom. 3. lib. 9. disp. 46. n. 15. ait communiter esse naturale, obscenitas brutorum partes conficere, quia inde non excitatur tam vehemens delectatio, & solum ex curiositate fit, & quantum conficere intendit, vt brutum semen expelleret ex curiositate illud videndi, non esse mortale, quia non est mortale impedire boni generationem, aut efficere vt abortiat, sicut necipsum necare. Sed tu ne deseras primam sententiam & ideo in nouissima editione Operum Thomae Sanchez, & cetera opinio non inuenitur.

RESOL. XIX.

An sit licitum aspicere coitum bestiarum, seu uentem turpiter commota?

Et quid de coitu & uentem aliorum?

Et an sit mortale ex proposito, & sine necessitate aspicere personam alterius sexus nudam; imo si solum uident uentem illius? Ex part. 3. tract. 5. & Misc. Ref. 89. alias 88.

§. 1. **A**d hanc quaestionem ita respondet ex Sanchez Iacobus Granada Societate Iesu in suis doctis commentariis ad part. 2. D. Thomae, contr. 6. tr. 4. disp. 7. n. 3. ubi sic ait. Non damnatur de mortali inspicere uentem bestiarum etiam turpiter commota. Quod uero attinet ad coitum, licet sine necessitate sit mortale studiosè aspicere concubitum licitum, vel illicitum hominum, eo quod nimium sensualitate commoueat, & sit periculo nimis obnoxii; de coitu uero bestiarum uidetur id de se non esse mortale, quia non multum prouocat ad luxuriam. Denique aduerto non esse mortale aspicere vllum coitum ita breuiter, & quasi per transennam vt non sufficiat ad notabilem commotionem; & idem dicendum est, si ille qui aspicit, attentam propria complexione non subit periculum praedictae commotionis. Ita Granada, qui etiam addit peccatum mortale esse ex proposito, & sine necessitate aspicere personam alterius sexus nudam, vt si uir feminam, & femina uirum intueatur, imò, & si solum uident uentem illius; quia id valde pugnat cum honestate naturali, & quia est notabilis causa magnae commotionis sensualitatis. Putat tamen hoc non esse mortale in eo, qui ob curiositatem ad eo leuiter, & per transitum aspicit, vt non sit occasio dictae commotionis; similiter si attendat, vel complexione quis prudenter sibi persuaderet nullum esse periculum magnae commotionis, non damnaretur ad mortale, etiam si ex proposito inspiceret. Ita ille. Sed in his materiis cautè procedet, & fuget.

RESOL. XX.

Alique opiniones, quae in materia luxuriae non admittuntur.

Et in textu huius Resolutionis adducuntur multi diversi casus, sed iam omnes alibi summatim discussi, & appropositi in suo proprio loco? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 31.

§. 1. **C**irca infra scriptas quaestiones ego alibi plures adduxi Doctores, sed sententiam meam elate,